## VINVM FEBRIFVGVM.

℞. Corticum Gentianæ Indicæ pulveratæ ℥iv. ſalis abſynthij, ſalis tartari, & ſalis ammoniaci ana ʒj. folior. Abſynthij, Centaurij minor. gentianæ, & plantaginis ana M. j. vini albi ℔iv. Infundantur per 24 horas, coletur, & vtetur. Doſis ad ℔ß.

## VINVM STYPTICVM.

℞. Balauſtriarum, Myrti, Roſarum rub. Nucum cupreſi, corticum granatorum, folior. lauri, & roris marini ana P. j. vini rubri auſteri ℔v. coquantur ad ℔ii. conſumptionem.

# CAPVT XI.

## *De Syrupis, Iulapijs, Mellibus, & Rob, & Hydromellite.*

## SYRVPVS CORALLIORVM QVERCETANI.

℞. Coralliorum Rubrorum pp. ℥ii. ſucci Berberum, vel limonum perfectè depurati, & filtrati ℔ij. Infundantur in vaſe vitreo ſtricti oris optime clauſo per triduum in B. V. Inde ℞. Huius ſucci rubefacti clari, & diligentèr à fœcibus ſeparati ℔j. ſacchari candidi ℔ß. diſſolvatur ſaccharum in ſucco, & coquantur in eodem balneo vaporoſo ad ſyrupi conſiſtentiam, coletur, & reponatur.

### *VIRES.*

*Commendatur ad reſtaurationem facultatum naturalium, ad vitia hepatis, & ventriculi, ex debilitate ortis, ad fluxus hepaticos, dyſentericos, & lientericos.* Doſis ad ℥ii.





Eodem modo parantur ſyrupi omnium Gemmarum.

## SYRVPVS BENEDICTVS EX D. IOSEPHO Galeano.

℞. Succi Taraxaci ℔ij. ponatur in vaſe vitreo affundendo Roſarum rubr. viridium non pœnè apertarum ℥iij. ſp. ſulphuris ʒij. relinquantur donec rubicundiſsima extrahatur tinctura, quæ cum ſacchari albiſsimi q. ſ. ſyrupiſetur in vaſe vitreo, & aromatiſetur cum ℥j. confectionis Alchermes.

### *VIRES.*

*Prodeſt contra graviſsimas cordis paſsiones, venena arcet. Valet etiam in febribus malignis, acutis, peſtilentibus, &c. Necnon maximoperè ſitim extinguit.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS DE TESTVDINIBVS, SEV, Reſumptivus Renodei.

℞. Carnis Teſtudinum, ideſt abiectis cauda, collo, & pedibus ℥iv. hordei mundi ℥ii. carnis dactyllor. ℥j. paſſularum, & glycyrrhizæ raſæ ana ʒvi. ſebeſten, & iuiubarum ana N. xiii. ſeminum bombacis, limonum, cucumeris, & citruli, flor. violar. & nenupharis ana ℥ß. ſemin. lactucæ, & papaveris albi ana ʒii. vngulæ cavallinæ, ideſt tuſsilaginis, & pulmonariæ ana M. j. fiat decoctio S. A. coletur, & clarificetur, in colaturæ ℔iv. diſſolve ſacchari albi ℔ii. ſacchari roſati, & Diatragacanthi frigidi ana ʒv. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

*Confert ijs, qui à morbo chronico reſurgunt, macie confectis, tabidis, phthiſicis: & ſemilibus.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS DE ERISIMO LOBELII

℞. Eryſimi totius recentis. M. vj. radicum enulæ, liquiritiæ, & radicum tuſsilaginis ſucco adhuc prægnantium ana ℥ij. herbarum borraginis, cichorij, & capilli veneris ana M. iß. flor. cordialium, anthos, & ſtœchadis ana M. ß. ſem. aniſi ʒvj. paſſular. enucleatar. ℥ij. Inciſis, & contuſis fiat decoctio S. A. in ſufficient. quantitate aq. hordei, hydromelitis, & ℥vj. ſucci eryſimi ad remanentiam ℔iij. & cum ſacchari q. ſ. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

*Efficaciſsimus eius vſus eſt ad mucilagines pulmonum incidendas, & educendas, adeò vt beneficio eius iuvenculas decennio raucedine laborantes, ſe curaſſe teſtatur Auctor.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS DE POMIS SIMPLEX MESVES

℞. Succi Pomorum dulcium, & acidorum ana ℔v. coquantur ad conſumptionem medietatis, & reſidere permittantur, vt clareſcant, deinde percolentur, & poſtea addantur ſacchari albiſsimi ℔iij. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

*Commendatur ad cordis corroborationem, ad ſyncopem, ad cordis tremorem, ad imminuendum ſuccum melancholicum, ad obtundendam bilis acrimoniam.* Doſis ad ℥ij.

***

SY-



## SYRVPVS DE POMIS REGIS SABORIS cum Croco.

℞. Succi bugloſsi, & borraginis ana ℔ij. ſucci Pomorum dulcium redolentium ℔iij. folliculorum ſennæ ℥iv. Infundantur per dies duos; hinc bulliant ebullitione vna, poſtea cum colatura, & ſacchari ℔iij. fiat ſyrupus, addendo inter coquendum, croci in manicam incluſi ʒij. coletur, vſuique ſervetur.

### *VIRES.*

*Commendatur ad recreationem ſpirituum vitalium, ad exhilarationem mentis, ad contemperandum, & ſubducendum humorem melancholicum, ad attenuandos craſſos, & lentos humores, ad diſcutiendos flatus, ad clarificandum ſanguinem, ad lubricandum aluum, & cætera bona efficienda.* Doſis ab ℥ij. ad ℥jv.

Vtitur etiam ſine additione croci, & appellatur ſyrupus Regis Saboris ſine croco.

## SYRVPVS ACIDO CITRI EX MESVE.

℞. Succi Citriorum acidorum ℔xij. coque in vaſe vitreo igne lento, ad tertiæ partis conſumptionem, coletur, & reſidere, ac clareſcere permittatur: inde accipe huius ſucci clari ℔vij. ſacchari ſyrupiſati ℔v. coquantur ad iuſtam conſiſtentiam, in vaſe vitreo, ſeu vitreato.

### VIRES.

*Prodeſt ad bilis fervorem compeſcendum, ad febres acutas, ad æſtuantem calorem, ad ſitim ardentem extinguendam, &c.* Doſis ad ℥iß.

***

SYRV-

## SYRVPVS DE ACIDO LIMONVM.

PAratur, vt ſyrupus de Acido Citri, & convenit cum eo.

## SYRVPVS AGRESTÆ, SEV DE OMPHACIO ex Meſue.

Paratur eodem modo.

### VIRES.

*AD ventriculum roborandum eſt præcipuum remedium; etiam in prægnantibus datur magno cum emolumento, ad efficiendum, quod ventriculus non recipiat excrementa aliarum partium; choleræ morbo etiam medetur; ad febres bilioſas; ad ſitim immodicam, ad fervorem viſcerum, & hypochondriorum exhibetur, contra venena etiam reſiſtere fertur.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS GRANATORVM ACIDORVM.

Paratur eodem modo.

### VIRES.

*COnfert bilioſis, & morbis ex ſalſa pituita genitis.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS GRANATORVM DVLCIVM.

Paratur eodem modo.

### VIRES.

*VAlet ad tuſsim, pleuritidem, & ſitim extinguendam.* Doſis ad ℥ij.





## SYRVPVS CYDONIORVM.

℞. Succi Cydoniorum ℔x. coque ad conſumptionem medietatis, & cum ℔iij. ſacchari albi fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

*IN conſtringendo ventris fluxum, & hepaticam dyſenteriam, & ad confortandum ſtomachum debilem, valdè prodeſt.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS ACETOSVS SIMPLEX, SEV Oxymel ſaccharinum.

℞. Sacchari clarificati ℔v. aq. fontis ℔iv. aceti vini albi ℔iij. coquantur in ſyrupum S. A.

### VIRES.

*HVmorem craſſum incidit, & attenuat, obſtructiones levat, aperit, & abſtergit, ſaluberrimus eſt in aſtatibus calidis, ac bilioſis, ex materia mixta natis, bilis impetum frangit, reprimit, incraſſat, & extinguit, vrinas movet, ſudores elicit, ac peſtilentiæ, putredinique reſiſtit.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS BERBERUM.

℞. Succi Berber. depurati ℔ii. ſacchari ℔iß. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

*REfrigerat, & modicè attenuat: febribus malignis confert, bilem reprimit, ac immoditam ſitim compeſcit.* Doſis ad ℥iß.

*** *** ***

## SYRVPVS ACETOSÆ, SEV ACETOSELLÆ.

Paratur eodem modo.

### *VIRES.*

F*Ebribus bilioſis admodum gratus eſt, peſtilentibus ſaluber; viſcerum igneum calorem moderatur. ipſaque confirmat, & valdè refrigerat.* Doſis ad ℥iß.

## OXYSACCHARVM NICOLAI.

℞. Succi Granatorum acidor. ℔ij. ſacchari ℔iij. Aceti albi ℔j. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

P*Rodeſt in variolis, ac morbillis, refrigerat, incidit, & mundificat craſſos humores, præpart bilioſos, & melancholicos, &c.* Doſis ad ℥ij,

## OXYMEL SIMPLEX MESVES.

℞. Mellis ℔ij. aceti albi ℔j. aquæ fontis ℔jv. fiat ſyrup. S. A.

### *VIRES.*

I*Ncidit pituitam, attenuat craſſa, & viſcida, ac detergit, obſtructa aperit, &c.* Doſis ad ℥ij.

## OXYMEL SCYLLITICVM MESVES.

℞. Mellis deſpumati ℔iij. Aceti ſcyllitici ℔ij. coquantur ad ſyrupi conſiſtentiam, coletur, vſuique ſervetur.

*VI-*



### *VIRES.*

A*D cerebri, pulmonis, ventriculi affectus pituitoſos, aut melancholicos, etiam contumaces valet, in epilepticorum inſultibus etiam vtitur, ipſoque paroxyſmo, aſthmaticis quoque plurimum confert, venarum obſtructiones etiam inveteratas reſerat, craſſoſque humores potenter incidit.* Doſis ad ℥iß.

Nota: Cave, ne in præparatione Medicamentorum internorum acida continentium, vaſa ænea inſtituas, quia magna ſymptomata ſubſequentur.

## SYRVPVS ABSYNTHII MESVES.

℞. Abſynthij Romani ℔ß. roſar. rub. ℥ij. ſpicæ ʒiij. vini albi electi, & ſucci cydoniorum ana ℔iiß. In his macera per 24. horas prædicta, mox coque lento igne in vaſe vitreato ad medietatis conſumptionem, hinc cum colatura, & mellis, aut ſacchari ℔ij. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

V*Entriculi, hepatis, aliarumque viſcerum imbecillitati, & cachexiæ ſuccurrit, appetentiam deiectam excitat, inteſtinorum, & viſcerum vim retentricem confirmat, flatus diſcutit, felle ſuffuſos, & auriginoſos iuvat, humoreſque per vrinas propellit. Datur in albo, & pituitoſo menſium fluore.* Doſis ad ℥ij.

Zuvelſerus de hoc ſyrupo cenſurat, inquiens quod in illius præparatione partes ſpirituoſiores ſpicæ, roſæ, & vini (quod ſpiritibus orbatum vappam relinquit, & inutile phlegma) exhalent. Tachenius in Hippotimia Chymica Capite vltimo reſpondet hunc, & alios ſyrupos fuiſſe à veneranda antiquitate inventos, vt cuique individuo propinari poſsint: Cum autem quamplurimi odores ſpicæ præſertim, & roſę, ægrè, neque ſine ſtomachi ſubverſione perferant, imò digeſtioni re-

reluctentur, vt patet in cibis nimio aromate conditis; qui ventriculi fermentum peſſundant, hanc obcauſam pro hoc ſyrupo Sapientiſsimi Veteres Abſynthium ponticum vt minùs odorum, ſtomacho tamen roborando aptiſsimum elegerunt, atque ſimul cum ſpica, & roſa in vino vetere coxerunt, vt vnà cum vini ſpiritu, cui odor facillimè aſſociatur, penitus abſcederet, quod probat ſucci cydoniorum addito; niſi enim hæc veterum intentio fuiſſet, hujus ſyrupi loco in vſum vocaſſent Cydoniten, & Abſynthiten, vt in Dioſcoride videre eſt, lib. 5. Remanens cum ſaccharo à cano ſitu defendebant, & in ſyrupum inſpiſſabant. Huc vſque Tachenius.

## SYRVPVS MENTHÆ COMPOSITVS ex Meſue.

℞. Succi Cydoniorum muzorum, ideſt de aciditate, & dulcedine participantium, ſucci cydoniorum dulcium, ſucci granatorum muzorum, ſucci granatorum acidorum, & ſucci granatorum dulcium ana ℔iß. in his infundantur, & macerentur per 24. horas folior. Menthæ ſiccæ ℔iß. folior. roſar. rubrar. ℥ij. Coquantur ad conſumptionem medietatis, & cum mellis, aut ſacchari ℔ij. & colatura fiat ſyrupus.

### *VIRES.*

*Ventriculum frigidum roborat, obid nauſeam, vomitum, ſingultum, fluorem alui ſedat.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS MENTHÆ SIMPLEX EX ſucco Meſues.

℞. Succorum depuratorum Menthæ, granatorum dulcium, & acidorum, ſacchari, & mellis ana p. æq. fiat ſyrupus. S. A. *Convenit cum ſuperiori.*

SY-



## SYRVPVS ADIANTHI.

℞. Aquæ tepidæ ℔iij. Capill. veneris recentis ℔j. ſtent in infuſione per ſpatium xij. horarum, hinc colentur, colatura deſinetur vt ſubſideat, decantetur, & cum decantato liquore, & ſacchari ℔iij. fiat ſyr. S. A.

### *VIRES.*

*Prodeſt ſtomachi, pectoris, pulmonum, renum, & uteri affectibus; harum enim partium obſtructiones aperit, & materiam obſtruentem tergit, & expellit; confert etiam ſyrupum ex capillis veneris paratum, docuit Meſues in libro ſimplicium, pleuritidi, & peripneumoniæ, licet huius ſyrupi præparationem in Antidotario non explicaverit.* Doſis ab ℥j. ad ℥iv.

## SYRVPVS ALTHÆÆ FERNELII.

℞. Radicis Althææ ℥ij. graminis, aſparragi, glycyrrhizæ, & vuarum paſſarum ana ℥ß. cicerum rub. ℥j. Cymarum Althææ, maluæ, helxines, pimpinellæ, plantaginis, & adianthi vtriuſque ana M. j. quatuor ſem. frigidor. maior. & minor. ana ℥iii. coquantur in aquæ ℔vi. dum quatuor ſuperſint; deinde cum colatura, & ſacchari albiſsimi ℔iv. fiat ſyrupus. S. A.

### *VIRES.*

*Ardorem vrinæ demulcet, ac citra manifeſtum calorem, craſſam, obſtruentemque pituitam, nec non viſcidam, purulentamque renum ſaniem, & arenulas, blandè, ac clementer expurgat.* Doſis ad ℥ij.

*** *** ***

SY-

## SYRVPVS DE MVCILAGINIBVS MATHEI de Gradibus.

℞. Aquæ tepidæ ℔ivß. folior. maluarum, granor. Alkekengi, & ſem. papaveris albi ana ℥iv. Coquantur ſimul ad remanentiam ℔iij. colaturæ adde ſeminum Althææ, maluæ, & cydoniorum ana ℥j. gummi tragacanthi ʒiij. ſtent in infuſione per octo horas, deinde fiat expreſsio, & pro vnaquaque ℔j. mucilaginis, adde ſacchari albi ℥viij. vt fiat ſyrupus craſſus.

### *VIRES.*

*Commendatur ad ardorem vrinæ compeſcendum, ſua enim viſcoſitate, & benignitate qua pollet, vrinarios meatus lenit, demulcet, & ab acribus excrementis pertranſeuntibus deffendit.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS GLYCYRRHIZÆ EX MESVE.

℞. Glycyrrhizæ raſæ, & parum contuſæ ℥ij. capillor. veneris ℥j. hyſſopi ſicci ℥ß. macerentur ſimul per diem integrum in aquę ℔iv. poſtea fiat decoctio ad medietatis conſumptionem, deinde colentur, colaturæ clarificatæ adde mellis optimi, penidiorum, & ſacchari ana ℥viij. coquantur ad conſiſtentiam craſſam, & adde aquæ roſar. ℔ß. fiat ſyr. S. A.

### *VIRES.*

*Commendatur ad tuſsim antiquam, & ad expurgandum thoracem, & pulmones. Chriſtophorus tamquam medicamentum principaliter pectoris, & pulmonis paſsionibus conferens, ac abſterſiuum, ſubtiliatiuum, & deſiccatiuum laudavit. Syluius eundem ſyrupum convenire etiam pleuriticis in linitijs affirmavit, & incipientibus thoracis, ac pulmonis affectibus.* Doſis ad ℥iß.





## SYRVPVS HYSSOPI MESVES.

℞. Hyſſopi mediocriter ſicci, radicis apij, fœniculi, petroſelini, & liqueritiæ raſæ ana ʒx. hordei mundi ℥ß. tragacanthi, ſem. maluæ, & cydoniorum ana ʒiij. capilli veneris ʒvj. iuiubarum, & ſebeſten ana N. xxx. vvarum paſſar. enucleatar. ℥iß. caricarum, & Dactyl. pinguium ana N. x. aquæ tepidæ ℔viij. coquantur ad conſumptionem ℔v. cum expreſsione, & ℔ij. penidiorum alborum fiat ſyrupus.

### *VIRES.*

*Vtitur eo in morbis thoracis invaleſcentibus, ex frigida, craſſa, & lenta materia natis, vbi attenuatione, deterſione, ac expurgatione maiori opus eſt, aſthmaticos, & tuſsiculoſos iuvat, obſtructiones liberat, hypochondriorum doloris vtilis, ac renum calculo ſalutaris.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS DE IVIVBIS MESVES.

℞. Iuiubarum. N. LX. violar. ſem. maluæ ana ʒv. capillor. veneris, hordei mundi, & glycyrrhizæ ana ℥j. ſem. papav. albi, melonum, lactucæ, cydonior. & gummi tragacanthi ana ʒiij. aq. tepidæ ℔vj. coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, addendo ſub finem violas, capillum veneris, & ſemen melonum; cum colatura, & ſacchari ℔ij. fiat ſyrupus. S. A.

### VIRES.

*Ad tuſsim ſiccam, arteriæ aſperitatem, omneſque thoracis, & ſpiritualium partium affectus, à fluxionibus calidis ortum habentes accommodatur, ſputum tenue ſuo lentore maturat, incraſſat, glutinat, & expectorat, violató viribus affinis, ſed minus refrigerat.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS PRASSII EX MESVE.

℞. Praſsij, ſeu Marrubij non adeò ſicci ℥ij. glycyrrh. ℥j. capill. veneris, & hyſſopi ſicci ana ʒvj. calaminthæ, aniſi, rad. apij, & fœniculi ana ʒv. rad. iridis, ſem. maluæ, & fœnugræci ana ʒiij ſem. lini, & cydonior. ana ʒij. paſſular. enucleatar. ℥v. caricarum pinguium N. xvj. coquantur in aquæ puræ ℔x. S.A. ad medietatis conſumptionem; expreſsioni adde, penidiorum, & mellis deſpumati ana ℔ij. fiat ſyrupus.

### *VIRES.*

*Thoracem, & pulmonum expurgat, pituitæ craſſæ, lentæ, viſcidæ, antiquæque tuſsi prodeſt, ſuppuratorium egrigè diſſolvit, deſiccat, incidit, tergit, educit, & inapertum promovet, quales affectus ſenibus, & naturæ frigidis ſunt familiares.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS LACCÆ FRANCISCI DE Pede Montio.

℞. Ficuum ℥vij. Laccæ ablutæ ʒv. lentium, ſem. aniſi, & fœniculi, & gummi tragacanthi ana ʒiij. aq. tepidę ℔ivß. fiat decoctio ad conſumptionem ℔iiß. & poſt ſex horas coletur, antea iterum calefaciendo, cum colatura, & ſacchari ℔ij. fiat ſyrupus craſſus.

### *VIRES.*

*Facit exire variolas apparentes, & morbillos, & alia degenere eorum exeuntium, & occultorum.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

## SYRVPVS DE SVCCO HÆDERÆ TERRESTRIS

℞. Succi Hæderæ Terreſtris depurati ℔iij. ſaccari albi ℔iß. fiat ſyr. S. A.

*VI-*



### *VIRES.*

*Ad internos abſceſſus, cruenta, &ournioſa ſputa ſalubris, phthiſi medetur, vaſa rupta glutinat, apoſtemata purulenta mundificat, & ſanat, urinas, menſes, ac ſudores promovet.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS HÆDERÆ TERRESTRIS ex decocto.

℞. Hæderæ Terreſtris recentis ℔j. aq. tepidæ ℔vß. coquantur ad conſumptionem ℔iß. & poſt ſex horas coletur, hinc cum colaturæ ℔iv. & ſacchari ℔ij. fiat ſyrupus. Convenit cum ſyrupo de ſucco Hæderæ Terreſtris.

## SYRVPVS TVSSILAGINIS, SEV DE FARFARA.

Paratur eodem modo, ex ſucco, aut per decoctionem.

### *VIRES.*

*Refrigerat, lenit, humectat: calidis obid pectoris vitijs apprimè convenit, tuſsi pleuritidi, peripneumoniæ, ac phthiſi ſalutaris, nec non catharris ſalſis acribus, & in pectus, fauceſque delabentibus per quàm idoneus.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS PIMPINELLÆ.

Paratur eodem modo.

### *VIRES.*

*Attenuat, aperit, abſtergit, ſudores movet, venena curat, obſtructiones hepatis renum, pulmonum, & menſium reſerat. Valet etiam in calculo, ſtrangurla, doloribus colicis, tuſsi, aſthmate, peripneumonia, in cruditate, ac imbecillitate ventriculi, lac auget, mundificat,*

Z 2 *ac*

*ac conſolidat vulnera.* Doſis ad ℥ij. & vltra.

## SYRUPVS PILOSELLÆ, SEV HISPIDVLÆ Renodei.

℞. Summitatum floridarum, & recentium Piloſellę ℔j. infundantur in ℔v. aquæ tepidæ; deinde lento igne ebulliant: colaturæ ℔iv. adde ſacchari ℔iij. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

*AD plurimos pulmonis affectus depellendos maximè idoneus eſt, eius enim vulnera ſanat, & vlcera retardat. Exhibetur potiſsimum ijs, quibus à capite, aut alijs partibus in thoracem fit deffluxio, de quibus pulmones pituitoſo humore multo infartiuntur: Siquidem humoris irruentis impetum cohibet, fluxum coquit, partem affectam roborat, ac expectorationem movet.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS SCORDII.

℞. Succi Scordij depurati ℔iij, ſacchari ℔iß. fiat ſyrupus S. A.

### VIRES.

*COnvenit in peſtilentibus, & malignis febribus, lumbricos enecat, menſes, ſudoremque cit, vaſa rupta glutinat, &c.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS PLANTAGINIS.

℞. Succi Plantaginis cocti, & depurati ℔iij. ſacchari ℔iß. fiat ſyrupus. S. A.

*** *** ***

VI



### VIRES.

*AAbſtergit, incraſſat, fluxiones qualeſcumque ſiſtit, ob id in alui fluxione, ſanguinolenta expuitione, mictione involuntaria, menſium profluvio, febribus, & ſimilibus valet.* Doſis ad ℥iij.

## SYRVPVS PORTVLACÆ SIMPLEX.

Paratur eodem modo.

### VIRES.

*REfrigerat, ſitim, & febrium ardorem, ventriculi, ac hepatis caliditatem extinguit, & emendat: etiam adverſatur fluori ſanguinis ex vtero, vel ex venis hamorrhoidalibus; dyſentericis, & ſanguinem ſpuentibus confert.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS BETONICÆ SYMPLEX.

Paratur eodem modo.

### VIRES.

*VAlet ad morbos frigidos præſertim capitis; Epilepſiam, Cephaleam, Hemicraniam, Paralyſim; convulſionem, pectoris ſcilicet, ad tuſsim, difficultates reſpirationis ad empyema, ad extergendum pus, & materiam in pectore contentam; appetitum excitat, ſtomachi concoctionem iuvat, & acidum ructantibus mirificè prodeſt: Hepatis, ac lienis icteritias tollit, hydropem curat, vteri menſes promovet, ictericis affectionibus opitulatur; nam veſica vrinam provocat, & renes abſtergit. Conveniens remedium eſt morbis articulorum, arthritidi, podagræ, dolori coxendicum, & ſimilibus, & tandem morbis oculorum confert, vt dibilitati viſus, &c.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS FVMARIÆ SIMPLEX.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

L*Eniter alvum ſubducit, humores acres educit, & aduſtos. Hepar refrigerat, & humores in venoſo genere, & in ambitu corporis vitioſos mundificat, & extergit, obſtructiones aperit, ventriculum roborat, & eius vis pertranſit ultra hepar; maximo cum iuvamento exhibetur ad omnes cutis affectus, ad ſcabiem, pruritum, pſoram, lepram, &c.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS LVPVLORVM.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

V*Alet ad clarificandum ſanguinem, ad ſedandam illius excalefactionem, ad removendam icteritiam, ad curandas febres cholericas, & ſanguineas, ad educendos humores aduſtos, & ad aperiendas oppilationes hepatis, & meſenterij.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS BORRAGINIS.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

R*Oborat cor; eiuſque tremorem, & ſyncopem ſanat; maniacos, & melancholicos iuvat. Bonum generat ſanguinem, intellectum acuit, memoriam reddit bonam, gutturis aſperitates lenit.* Doſis ad ℥ij.

Syrupus Bugloſſi paratur eodem modo, & convenit cum eo.





## SYRVPVS CICHORII SIMPLEX.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

O*Pitulatur caliditati, & obſtructioni hepatis, inflammationes, & febrium caliditates arcet. Renum etiam temperiei calidæ confert, humores acres, ac calidos abſtergit; ſitim remittit.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS VRTICÆ.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

S*Olvit alvum, abſtergit renes, expellit calculos, expectorationem, morbillorumque eruptionem promovet; valet etiam in affectibus pulmonum, aſthmate tuſſi contumaci, pleuritide, peripneumonia, &c.* Doſis ad ℥ß.

## SYRVPVS RIBIS.

Paratur eodem modo.

*VIRES.*

I*Ncendio febrili ſalubris exiſtit, excalefacta viſcera ſaporis ſui iucunditate plurimum recreat, ſitim ſedat, nec non cholerae, cardiaciſque ſuccurrit.* Doſis ad ℥ij.

Eiſdem rationibus parantur omnes ſyrupi ſimplices.

## SYRVPUS ARTEMISIÆ MATTHÆI de Gradibus.

℞. Artemiſiæ. M. ij. Pulegij, calamenthi, origani, meliſſæ, perſicariæ, ſabinæ, majoranæ, chamædryos, perforatæ, ideſt hyperici, camæpythios, matricariæ cum floribus, centaurij minoris, rutæ, betonicæ, &

bugloſsi, ana M. j. radicum fœniculi, aſparragi, bruſci, ſaxifragiæ, erulę, dictamni, cyperi, rubię tinctorum, & radicis pœoniæ ana ℥j. baccarum juniperi, ſem. liguſtici, petroſelini, apij, aniſi, nigellæ, radicis aſari, pyrethri, coſti, carpoballami, caſsiæ ligneæ, cardamomi, calami aromatici, & phu ana ℥ß. trita, & conquaſſata infundantur in aquę ℔x. per 24. horar. ſpatium; poſtea coquantur ad medietatis conſumptionem; auferatur ab igne, coletur diligentèr, fricando manibus inter colandum; cum colatura, & ſacchari ℔iv. fiat ſyrupus S. A.

## *VIRES.*

P*Otens eſt in aperiendis obſtructionibus ex craſsis, viſcidis, & glutinoſis humoribus ortum ducentibus: incidit, aperit, & potentiſsime prodeſt ad flatus, frigidoſque humores diſsipandos, menſtrua provocat.* Doſis ab ℥ß. ad ℥iß.

## SYRVPVS ARTEMISIÆ DONZELLII.

℞. Artemiſiæ M. iij. ſabinæ M. ß. cinnamomi ℥ß. fiat decoctio S. A. in ℔iv. aquæ, cum colatura, & ſacchari clarificati ℔ij. fiat ſyrupus. Convenit cum priori.

## SYRVPVS BETONICÆ COMPOSITVS.

℞. Betonicę M. iij. majoranę, M. iß. thymi, & roſarum ana M. j. violarum, ſtœchadis, & ſalviæ ana M. ß. ſem. fœniculi, aniſi, & ameos ana ℥ß. radicis pœoniæ, polypodij, & fœniculi ana ʒv. fiat decoctio in ℔viij. aquæ S. A. ad remanentiam ℔iij. colaturæ adde ſucci betonicæ ℔ij. ſacchari ℔iij. fiat ſyrupus S. A.

## *VIRES.*

V*Alet ad morbos frigidos, præſertim capitis, epilepſiam, cæphalæam, paralyſim; convulſionem pectoris, ad*

*tuſ-*



*tuſsim, & difficultatem reſpirationis. Appetitum excitat, hepatis, ac lienis icteritias tollit, menſes promovet, morbis oculorum confert, &c.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS DINARII; SEV BYZANTINVS Meſues.

℞. Succi endiviæ, & ſucci apij ana ℔ij. ſucci lupulorum, ſucci Bugloſsi, & borraginis ana ℔j. depurentur, & deſpumentur, dum maneant ℔iv. quibus adde ſacchari optimi ℔iiß. fiat ſyrupus S. A.

## *VIRES.*

C*Ommendatur à Meſue ad icterum, & febres putridas, bilioſas, & phlegmaticas, ſolutu contumaces.* Doſis ad ℥iß.

## SYRVPVS VIPERINÆ, SEU CONDRILLÆ.

℞. Radicum ſcorçonerę recentium, & mundatarum ℔j. contundantur optimè, & coquantur in ℔vj. aquæ ad medietatis conſumptionem, deinde cola, & colaturæ adde ſacchari optimi ℔iij. fiat ſyr. S. A.

## *VIRES.*

V*Alet ad corroborandum, & refrigerandum cor, & hepar, ſua frigiditate calorem vilis ſedat, morſui venenoſarum ſerpentum ſiſtit, &c.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

## SYRVPUS CORTICVM CITRI CVM Aroma ex Meſue.

℞. Corticum citri à parte carnoſa ſeparatarum, & recentium ℔j. aq. puræ ℔v. coquantur ad conſumptionem ℔ij. cum colatura, & ſacchari ℔j. fiat ſyrupus, aromatizando cum Moſchi gr. iiij.

*VI.*

### *VIRES.*

*STomachum confirmat, oris gratiam, ſeu bonum anhelitus odorem conciliat, cor, & cerebrum corroborat, reliquum etiam corpus, & viſcera omnia confortat.* Doſis ad ℥iß.

Servatur etiam ſine Moſcho, & dicitur ſyr. corticum citri ſimplex, aut ſine aroma.

### SYRVPVS CORTICVM CITRI ALIVS.

℞. Corticum exteriorum citri recentium ℔j. vini albi optimi ℔iij. ſtent in infuſione ſupra cineres calidos per 24. horas, in matrace vitreo optime clauſo, hinc cum colatura, & ſacchari tabellati ℔ij. fiat ſyrupus S. A. convenit cum priori.

### MIVA CYDONIORVM SIMPLEX MESVES.

℞. Succi cydoniorum depurati ℔xij. coquantur ad medietatem: hinc adde vini albi veteris ℔v. coquantur lento igne crebro deſpumando, ad tertiæ partis conſumptionem, poſtquam reſederit cola, & colaturæ adde Mellis, vel ſacchari ℔iij. coquantur demum ad iuſtam conſiſtentiam, vt fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

*ADverſus alui profluia efficax eſt, ventriculum, cæteraque viſcera firmat, ac vomitionem prohibet.* Doſis ad ℥ij.

### MIVA CYDONIORVM AROMATICA Meſues.

℞. Succi cydoniorum acidorum ℔xx. vini albi optimi ℔x. coquantur cum facilitate, ſemper deſpumando, ad



ad tertiæ partis conſumptionem, colentur, & dimitantur clareſcere, & adde mellis optimi, aut ſacchari ℔vj. coquantur ad ſyrupi conſiſtentiam, imponendo, inter coquendum ſequentia, in linteo ligata: cinnamomi, & cardamomi maioris ana ʒiij. caryophyllor. ʒij. Zingiberis, Maſtiches, Ligni aloes, & Macis ana ʒiß. croci ʒij. omnia excepto croco, parum terantur, & nodulo ligata, vt dictum, ſuſpendantur, identidem confricando in ipſo medicamento, donec craſſeſcat, deinde ſublatum ab igne aromatiza cum moſchi ℈j. Galliæ Moſchatæ ex Meſue ʒij. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

*VEntriculum frigidum, & humidum, & à pituitoſis humoribus laxum conſtringit; ob id diarrhæam inde natam refrenat, præcipuè verò lienteriam cohibet, concoctricis facultatis vires auget, omnemque ventriculi vim frigore ſopitam exuſcitat, ac ſtomachi exolutiones avertit.* Doſis ad ℥iß.

### SYRVPVS CHALYBIS SIMPLEX.

℞. Limaturæ chalybis ℥iv. vini albi optimi ℔ij. ſtent in infuſione loco frigido in vaſe vitreo per dies octo, mox cum colatura, & ſacchari ℔j. fiat ſyrupus S. A.

### *VIRES.*

*PRodeſt in opilationibus, cachexijs, chloroſis, &c.* Doſis ab ℥j. ad ℥iij.

### SYRVPVS CHALYBIS COMPOSITVS.

℞. Radicum apij, petroſelini, aſparragi, bruſci, fœniculi, & rubiæ tinctorum ana ℥ß. pimpinellæ, artemiſiæ, betonicæ, chamædryos, calaminthæ, & adianthi ana M. j. florum bugloſſi P. j. cicerum rubrorum P. ß.

P. ß. aquæ puræ tepidæ ℔xiij. coquantur S. A. colaturæ adde chalybis pp. & in panno linteo ligati ℥ij. ſacchari ℔ij. fiat ſyrupus S. A. valet ad ea quæ ſupra dicta, ſed efficacius.

## SYRVPVS CHALYBIS APERIENS CATHARticus Daquin.

℞. Limaturę Chalybis in nodulo laxo, & ſuſpenſo ligatæ ℔vj. radicis fœniculi, cichorij, & rubiæ tinctorum ana ℥iij. tartari albi contuſi ℥ij. aquæ ferventis, in qua ſtruſtula chalybis accenſa ſepties extincta ſint ℔ix. macerentur ſupra cineres calidos per duodecim horas in vaſe vitreo optimè cooperto; poſtea bulliant lento igne per horam, addendo folior. rutæ, lupuli, lapati acuti, agrimoniæ, & capillorum veneris ana M. iij. bulliant iterum ad tertiæ partis conſumptionem; colentur, expreſſioque ſervetur. Interim ℞. folior. ſennæ ℔ß. ſeminis carthami contuſi ℥iv. tartari vitriolati ℥j. macerentur horis xij. in eiuſdem aquæ chalybeatæ ℔iv. hinc leviter bulliant, colentur, & exprimantur; colatura cum ſacchari ℔ß. cum ovi albumine clarificetur, & ſervetur. Tunc prioris decocti colatura, ovi albumine, cum ſacchari ℔v. clarificetur, lentoque igne coquantur, ferè ad electuarij ſolidi conſiſtentiam, quo tempore liquor clarus poſterioris decocti, priori decocto permiſceatur, & lento igne ad ſyrupi conſiſtentiam coquatur, qui refrigeratus olei cinnamomi diſtillati gr. vj. ſaccharo pulverato exceptis aromatizandus erit.

### *VIRES.*

V*Alet contra opilationes omnes, reſtituit roſeum colorem per opilationes perditum, benignè purgat materias viſcidas, & tartareas, quæ obſtructiones efficiunt, datur feliciter pro ſanandis cachexijs hydrope, menſtruorum ſuppreſſione, ictero, & ſimilibus.* Doſis ab ℥ß ad ℥ij.

SY-



## SYRVPVS MARTIS.

℞. Limaturæ martis cum aqua pp. ℔ß. tartari ſolubilis ℥ß. miſceantur optimè in mortario lapideo, & includantur in nodulo, ſuſpendanturque in olla terrea vitreata, in qua ſint ℔v. aquæ ferrariæ optimè chalybeatæ, & tepidæ, cui addantur quinque radicum aperitivarum maior. corticum radicis tamaricis, & rad. eryngij ana ℥j. artemiſiæ, origani, pulegij, agrimoniæ, adianthi, & aſpleni ana M. j. ſtent in infuſione loco tepido per dies 4. poſtea coquantur per quadrantem horæ, hinc cum colatura, & ſacchari ℔iv. fiat ſyrupus craſſus, cui addatur infuſio ſequens. ℞. Rhabarbari, & cinnamomi ana ℥ß. fol. ſennæ ℥iij. tartari martialis ſolubilis ℥j. infundantur per 24. horas in aquæ tepidæ ℔iij. colatura addatur ſyrupo, & ad iuſtam conſiſtentiam coquantur, vſuique reponatur.

### *VIRES.*

P*Rodeſt in omnibus opilationibus tam virginum, quam mulierum, aperit, et ſolvit inveteratas obſtructiones, vtilitèr exhibetur in cachexia hydrope menſium ſuppreſſione, & ſimilibus.* Doſis ab ℥ß. ad ℥ij.

## SYRVPVS DE SERO, ET CHALYBE ZACVTI.

℞. Capillor. veneris, aſpleni, & eupatorij ana M. j. paſſular. ſine acinis, & ſem. aniſi ana P. ij. ſem. petroſelini, fœniculi, & ſem. quatuor frigidor. maior. ana ℥ß. cicerum rubror. rad. endiviæ, petroſelini, eryngij, gramminis, bugloſſi, ſcorzoneræ, fœniculi, ruſci, aſparragi, apij, rubiæ tinctorum, rumicis, corticum radic. capparum, & tamaricis ana ℥j. ſucci pomorum redolentium ℥iij. lupulorum, & fumariæ ana M. j. fol. ſennæ ℥ij. flor. cordialium ʒiij polypodij, epithymi, & cinnamomi ana ʒij. hordei P. ij. prunor. ſine oſſi-

oſsibus N. xx. Infunde per noctem in ℔viij. ſeri lactis caprini, bulliant omnia lento igne ad medietatis conſumptionem. Colaturæ adde Rhabarbari electi ʒiij. rhapontici ʒiß. Agarici Trochiſcati ʒij. iterum facta leviſsima ebullitione exprimantur. Tunc ℔j. chalybis pp. igneatur, & ſepties extinguatur in prædicta colatura. Hinc: adde pulveris Lapidis Bezoaris ligati, & inſuſi per noctem ʒij. colaturæ adde ſyrupi borraginis, & capill. veneris ana ℥v. ſyrupi byzantini ℥ij. ſyr. cichorij Nicolai cum duplicato rhabarbaro, & ſyr. endiviæ Gentilis ana ℥iß. ſyrupi fumariæ compoſiti ℥j. Theriacę antiquæ. Mithridatij, & confectionis Hyacinthorum ana ʒij. cum ſacchari albiſſim. fiat Iulapium S. A. & aromatizetur cum pulveris Dia margaritonis frigidi ʒiij

*VIRES.*

*IN febre alba, quam Alij pallidam virgineam, amatori am; vocare ſolent, eximius eſt, obſtructiones enim reſerat, menſes cit, & roſeum colorem faciei conciliat, nec exercitium poſtulat, obid naturis debilioribus eſt maximè conveniens, omnibuſque indicationibus mirè ſuccurrit.* Doſis ℥iv. *mane ieiuno ſtomacho per 40 dies.*

## SYRVPVS ENDIVIÆ GENTILIS.

℞. Succor. endiviæ, & hepaticæ depurator. ana ℔iij. hordei mundi, quatuor ſem. frigidor. maior. & capillor. veneris ana ℥j. roſarum, violar. lentis aquaticæ, flor. nenupharis, & polytrici ana ℥j. Infundantur per 24. horas, mox coquantur ad remanentiam ℔iv. quibus adde ſantalor. albor. & rubror. berber. ſem. cydonior. ligni aloes, cinnamomi, & corticum citri ana ʒj. ſtent in infuſione per horas xij. deinde cum colatura, & ſacchari ℔iij. fiat ſyrupus. S. A.

***

*VI-*



*VIRES.*

*VAlet ad refrigerandum hepar, & hypochodria, & renes, ad humectandas, & ad deobſtruendas opilationes, præſertim in febribus contractas, & ad retundendam bilis acrimoniam.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS CYCHORII CVM RHABARBARO Nicolai Florentini.

℞. Endiviæ domeſticæ, & ſylveſtris, cichorij, & taraxaconis ana M. ij. cicerbitæ, hepaticæ, lactucæ domeſticæ, ſcariolæ, ſumariæ, & lupuli ana M. j. Hordei non mundati, & Alkekengi ana ℥j. Glycyrrhizæ, capillor. veneris ceterach, polytrici, adianthi, & cuſcutæ ana ʒvj. radicum fœniculi, apij, & aſparagi ana ℥ij. aquæ puræ tepidæ ℔xvj. fiat decoctio S. A. percoletur, & cum colatura, & ſacchari albiſſ. ℔iv. fiat ſyrupus, pro cuius vnaquaque libra inter coquendum in manicam adijciatur Rhabarbari optimi ℥ß. ſpicę nardi ℈iv. ſæpè manicam exprimendo.

*VIRES.*

*PRodeſt ad refrigerationem excalefacti hepatis, ad deobſtruenda hypochondria, ad tollendam icteritiam, ad corroborandum ſtomachum, & primam corporis regionem blandè purgandam, ad contemperandos humores acres, & calidos, ad abſtergendos humores craſſos, & lentos, curandaſque lienis obſtructiones, & renum ſarcinam exonerandam.* Doſis ab ℥j. ad ℥iv.

Aliquoties paratur hic ſyrupus cum duplicato Rhabarbaro, ideſt, addendo pro vnaque libra ſyrupi, ℥j. Rhabarbari. *Syrupus cichorij cum duplicato Rhabarbaro.*

## SYRVPVS DOMINI AVGVSTINI.

℞. Corticum Myrobalanor. citrinor. Rhapontici vulga-

ga-

garis viridis, folior. ſennæ mundę, epithymi & ivę arthriticæ ana ℥iß. polypodij quercini mundi ℔iiß. flor. fumiterræ, & lupulor. ana ℔ß. glycyrrhizę raſę ℥j. paſſular. ſine acinis ℥iij. ſem. aniſi, & fœniculi ana ℥ß. florum borraginis, bugloſsi, & violarum ana M. j. fiat omnium decoctio S. A. in ℔xviij. aquæ fontis, lento igne quouſque remaneant ℔x. colaturæ adde ſuccor. depurator. fumariæ, & lupulorum ana ℔ij. & cum ſacchari ℔viij. fiat ſyrupus S. A.

*VIRES.*

*Vſurpatur ad morbos melancholicos, & pituitoſos curandos, nam humorem melancholicum, & pituitoſum cum facilitate evacuat, obſtructiones aperit, morbis frigidis cerebri prodeſt, hepar mundificat, & morbo Gallico valenter affectis prodeſt.* Doſis ad ℥ij.

## SYRVPVS DVARVM RADICVM MESVES.

℞. Radicum apij, fœniculi, & endiviç ana ℥iij. ſem. apij, fœniculi, & aniſi ana ℥j. ſem. endiviæ ℥ß. coquantur S. A. in ℔x. aquæ ad medietatis conſump. colaturæ adde ſacchari ℔iij. coquantur ad ſyrupi craſſioris conſiſtentiam, tunc adde aceti albi ℥viij. & igne lento vſque ad conſiſtentiam ſyrupi decoctio continuetur, coletur, vſuique ſervetur.

*VIRES.*

*Bilem craſſam, ac pituitam incidit, obſtructa hepatis tergit, lienis, renum, & iecoris infarctus penetrat, & vrinas promovet.* Doſis ad ℥ij.

Paratur etiam hic ſyrupus abſque aceto, ad mulieribus ſubminiſtrandum.

Dicitur Duarum Radicum, quia radix endiviæ non eſt, ex quinque radicibus diureticis numeratis.

SY-



## SYRVPVS QVINQVE RADICVM EX Chriſtophoro de Honeſtis.

℞. Corticum radicum apij, fœniculi, petroſelini, ruſci, & aſparragi ana ℥ij. ſem. apij, fœniculi, & petroſelini ana ℥j. coquantur S. A. in ℔x. aquæ ad conſumptionem medietatis, colaturæ adde mellis ℔iv. coquatur, vt ſuperius, addendo in finem aceti vini albi optimi ℔j. fiat ſyrupus S. A. Appellatur etiam Oxymel Compoſitum. *Oxymel Compoſitum.*

*VIRES.*

*Valet ad digerendas materias phlegmaticas, frigidas, melancholicas, craſſas, & viſcoſas, & permixtas cum cholera craſſa: vndè principalitèr mitigat febres quotidianas, & ſimilitèr etiam quartanas, convenit etiam in oppilationibus ſtomachi, & hepatis, vrinas, & ſudores, coctaiam materia, proiectat.* Doſis ab ℥j. ad ℥ij.

Servatur etiam ſine aceto ob notatum ſupra. *Syrupus quinque radicum ſine aceto.*

## SYRVPVS EVPATORII MESVES.

℞. Radic. apij, fœniculi, & endiviæ ana ℥ij. glycyrrhizæ, ſchœnanthi, cuſcutæ, abſynthij, & roſarum ana ʒvj. adianthi, fumariæ, cardui Mariæ, flor. aut radic. bugloſsi, aniſi, fœniculi, & eupatorij ana ʒv. rhabarbari, & maſtiches ana ʒiij. ſpicæ, aſari, & folij ana ʒij. coquantur in ℔viij. aquę ad conſumptionem tertiæ partis, hinc, cùm colatura, & ſacchari ℔iv. ſucci endiviæ & ſucci apij ana ℔ij. fiat ſyrupus S. A.

*VIRES.*

*Commendatur ad corroborationem ventriculi, & hepatis; ad aperiendas obſtructiones; ad curandum incipientem hydropem; ad ſanandos hypochondriorum dolores; ad ſanan-*

Aa *das*